

Valent. dist. 5. q. 8. p. 2. vers. Tertiò quaritur: & comprobatur ex eo, quod nulla causa urgentior potest excogitari ad licitam innocentis occisionem, quam exitium imminens Reipublicæ, cuius ipse pars est, impedire, sed ex hac causa nefas est, etiam publica auctoritate illum interficere, ut est omnium communis resolutio, probant qui laudati supra num. 9. Igitur nullo modo licere potest, sicut in presenti rectè D. Covar. advertit.

136 Nec videatur alicui, implicare, quod possit aliquis se iuste ad mortem astringere, & quod per publicam potestatem licitè perimere queat: si quidem hoc evenit in casu, de quo nuper actum est. Quoniam extra dubium est civem etiam in fontem teneri ad subveniendum suæ Reipublicæ in externa necessitate cum propriæ vitæ detrimento: ut cum D. Thom. 2. 2. q. 2. 6. art. 4. afferunt Valent. ubi proxime, vers. Sed antum. Pat. Suar. d. disp. 9. sect. 3. n. 1. & omnes Theologi & diximus sup. lib. 1. cap. 2. q. 81. Sed tamen interfici, nec publica auctoritate potest, ut probavimus hoc c. n. 9. Ex quibus omnibus concludendum est cum D. Covar. hic, non posse Statuto caveri, aut consuetudine introduci, quod homo innocens ex proprio consensu ad pœnam corporalem pro alterius crimine tenetur, non quia actus ipse se obligandi sit illicitus, sed quoniam executio talis pœnæ in innocente iure naturali sit verita, adversus quod consuetudo, aut humana constitutio prævalere non potest; cap. fin de consuetud. ubi notatur, §. ult. l. 1. de capit. demmur.

Ad Num. 9.

137 Excommunicatio ferri non potest in universitate personarum, ut in Collegium, aut Civitatem, Pat. Suar. de censur. disp. 18. sect. 2. n. 2. Mar. Alter. eod. tract. lib. 3. disp. 10. c. 6. vers. in hac difficultate, Tusch. l. v. conclus. 266. n. 1. Vivian. in prax. jur. patronat. lib. 8. c. 4. n. 15. Menoch. conf. 207. n. 45. & de arbitrar. cas. 598. n. 19. Bonacin. tom. 1. tract. de censur. disp. 1. quæst. 1. punct. 4. n. 11. Gonzalez ad reg. 8. Cancellar. glos. 37. n. 7. Thom. Delbene de immunit. Ecclesiastic. tom. 2. cap. 17. dubit. ult. n. 11. Navar. in manual. c. 27. n. 16. Pat. Vazq. in opuscul. tract. de excommunicat. dub. 17. n. 8. Aviles in. c. 1. Prator. glos. de ninguna manera, Filliuc. in summ. tract. 11. cap. 5. quæst. 6. n. 138. Cened. ad lib. 6. Decretal. collectan. 25. n. 1. Valent. tom. 4. disp. 7. q. 17. de potest. clav. punct. 4. Cardof. in prax. ludi. verb. Civitas n. 5. Dian. part. 5. tract. 9. resolut. 38.

138 Quod procedit five excommunicatio feratur in Universitatem tanquam personam fictam, & politicam, animæ rationisque expertem, sive in eam quatenus personas complectitur, quas excommunicans ligare intendit; in utroque casu prohibitio cap. Romana, §. In universitatem, de sentent. excommunic. in 6. locum obtinet, ut notat Suar. ubi proxime, Alter. ubi sup. vers. Tertio collegium.

Ibi: Præterea ipsa universitas.

139 Universitas personarum capax est, ut in delictum incidat, vel admittat peccatum propter quod possit pœna excommunicationis inferri, c. quancquam 4. §. 1. de censib. Clemen. 1. §. 1. vers. Civitas autè, de pœn. Pat. Suar. d. mu. 2. Bart. in l. aut facta. §. Nonnunquam, n. 9. ff. de pœn. Menoch. conf. 2. ex n. 32. Boër. tract. de seditionis quæst. Mar. Alter. sup. vers. Secundo tota universitas, quod verum est in concreto considerata, non in abstracto, quæ distinctio statim explanabitur. De quibus latè Menoch. d. cas. 598. per tot. ubi quando Universitas dicatur delinquere, & quomodo puniatur.

Ibi: Hac autem ratio sufficiens non est.

140 Universitas huiusmodi dupliciter potest concipi, vel ut sic, sive in abstracto (ut Philosophi aiunt) id est per se, quatenus est persona ficta, à subjectis, ex quibus constat, separata; aut in concreto (quod materialiter D. Covar. appellat) hoc est iuncta hominibus, qui ejusdem sunt partes, quemadmodum de hereditate solemus dicere. In prima accceptione à personis sub se contentis differt, l. sed si hac 10. §. Qui manumittitur ff. de in fru. vocand. l. sicut 7. §. Si quid, ff. quod cuiusq. univ. nomine, l. in tantum 6. §. Universitatis, ff.

de ver. dist. 1. §. Servum municipium, ff. de questionib. Caramuel in Theolog. fundament. n. 327. Vivian. sup. n. 16. 17. Menoch. conf. 1061. n. 31. Felin. in c. cum accessissen, n. 22. de constitutionib. quare appellatione personarum, universitas sic accepta non continetur, Bald. in c. 1. §. Conventicula, de pac. tenend. in usib. feudor. Vivian. n. 11.

In secunda verò accceptione, Universitas identificatur cum illis, quos complectitur, ita ut quod de illa disponitur, de singulis, qui eam componunt, dispositum intelligatur, l. si cognavis 20. §. 1. ff. de reb. dub. quo sensu dicimus Universitatem delinquere; nam quatenus est persona ficta, delictum perpetrare non potest, nam anima caret; & absque voluntate non delinquit; l. 1. §. 1. ff. si quadrup. p. super fecis. dicat. l. 1. §. Divus ff. ad leg. Corne. de scicariis, l. cum autem 23. §. Excipitur, el. 1. ff. de editu. edict. Sic etiam accipitur, cum agitur de Ecclesiastico interdicto, siquidem interdicta Universitate, singuli de illa manent interdicti, ut paulo inferius probabimus. Nullo tamen modo Universitas potest excommunicari, ut dictum est nuper, n. 138. De qua distinctione Universitatis, Alter. sup. vers. Tertio collegium.

Idem juris erit si excommunicentur omnes cives alicujus civitatis, nam hæc excommunicatio ad Universitatem refertur, argument. l. 2. ff. de reb. dub. Debent igitur singuli nominatim excommunicari, aut sub aliqua certa demonstratione, per quam solum qui deliquerint, comprehendantur, ut si dicatur: Excommunico cives Mediolanenses, qui hoc facinus admisissent, vel admisissent; nam per huiusmodi formam providetur, ne infones puniantur; ita P. Suar. de censur. disp. 5. sect. 2. n. 2. Bonacin. sup. d. n. 11. vers. Dixi.

Ex præmissis apparet, rectè à D. Covar. ut defectuosam rejici rationem à Canonistis traditam, quam novissimè sequitur Vivian. d. c. 14. n. 5. nã etsi Universitas in abstracto considerata careat anima, tamen in concreto accepta cum homines contineat, qui animi habent, capax est excommunicationis, quæ in singulos de communitate redundet sed hoc prohibetur in d. §. in universitatibus Pontifex loquitur de universitate in concreto, ut patet ex ratione, quæ in eo textu redditur, & advertit Pat. Suar. disp. 18. sect. 2. n. 2.

Vers. Fortassis ea est ratio.

Ratio hæc tradita à Pontifice, in dict. §. In universitatem, quã D. Covar. exornat, ab omnibus communiter probatur; quoniam iniuquam foret, ut innocentes tã gravi pœna spiritali teneretur, P. Suar. d. disp. 18. sect. 2. n. 3. Bonacin. d. n. 11. Alter. sup. vers. Respondeo ad dubitationem, & alij laudati f. n. 137.

Ibi: Culpa mortalis criminis perpetratum.

Excommunicatio major nisi pro culpa mortali nequit imponi, P. Suar. dist. disp. 5. sect. 3. per tot. Delbene sup. tom. 2. c. 19. dub. 25. n. 1. Guttier. Canoniar. lib. 1. c. 7. n. 23. 24. Sanch. in Decalog. lib. 2. c. 8. n. 7. Menoch. cas. 598. n. 14. Navar. in manuali. c. 27. n. 9. Mar. Alter. de censur. lib. 3. disp. 1. cap. 1. in princip. August. Barbol. de potest. Episcop. p. 3. alleg. 96. n. 28. D. Covar. in c. alma mater. p. 1. §. 2. n. 1. Div. Thom. in 4. dist. 18. q. 2. art. 1. Salas de legib. disp. 16. sect. 9. ad fin. Filliuc. tract. 11. c. 6. q. 2. Bonacin. d. tract. de censur. disp. 1. q. 1. punct. 3. proposit. 3. n. 6. Pat. Vazq. tom. 4. in 3. p. dub. 12. de excommunicat. n. 2. Dian. p. 3. tract. 5. resolut. 66. Rationem reddit Mar. Alter. ex D. Thoma, quia scilicet cum per excommunicationem homo ab ingressu Regni Cœlestis excludatur, iuxta illud Matth. 18. Ibi: Quancquam alij averitis super terrâ, &c. Quæ verba etiam ad potestatem ligandi per censuras in foro exteriori referuntur, ut notat ibidè D. Augustin. Mar. Alter. p. 1. disp. 37. lib. 1. c. 1. vers. Et ad dubitationem, Caltr. advers. xxv. lib. 6. verb. excommunicatio. Ludov. Magon. in clyp. militat. Eccles. verb. Excommunicatio, nequit talis pœna infligi, nisi præcedat culpa, quæ illa digna sit, qualis est peccatum lethale.

Sed quamvis aliquis peccatum mortale per actum omnino internum perpetraret, censura hac ligari non potest; quoniam Ecclesia ob actus merè internos potestatem coercendi non habet; Mar. Alter. d. lib. 3. disp. 1. cap. 2. vers. Modo his amotatis, Diana p. 5. tract. 9. resolut. 48. Unde si quis

quis ita leviter Clericum percusserit, ut dumtaxat venialiter peccet, iuxta actionem exterioriorem, excommunicationem non incurret, quanquam ex pravo animo graviter offendendi culpam mortiferam admittat, Sã in suam. verb. excommunicatio, in explicat. Bull. Cœne, n. 3. Enriq. lib. 6. de penitent. cap. 14. numer. 6. & lib. 13. de excommunicat. capit. 17. numer. 13. Sanchez ubi proxime, Guttier. sup. dist. lib. 1. cap. 5. numer. 13. Emman. Rodrig. in summa, tom. 1. capit. 80. numer. 8. in 2. edit.

147 Si autem sententia majoris excommunicationis profertur pro peccato veniali, erit ipso jure nulla, Pat. Suarez. d. sect. 3. numer. 7. Nec valebit, quamvis Pontifex eam ferat, idem Suarez num. 4.

Ibi: ex quibus apparet excommunicationem posse. De hoc diximus sup. num. 142. Et ita tenent communiter DD. quia cessat ratio d. §. In universitatem, cum solum delinquentes pœna afficiantur, Mar. Alter. d. lib. 3. disp. 10. cap. 6. vers. Dico tertio.

Ibi: Eãdem ratione etiam si.

149 De hac quæstione, an scilicet sententia excommunicationis in Universitatem prolata teneat, ut nocentes liget, agit latè Mar. Alter. d. c. 6. & omnino non valere resolvit, nisi à Pontifice feratur, vers. Respondeo ad dubitationem, & vers. Dico secundo, quod verius ac receptius est; quamvis à quocunque latam tenere culpabiles, sentiant Cened. d. collect. 25. n. 3. Zerol. in prax. Episcop. part. 2. verb. excommunicatio, vers. 7. quos refert Barbol. in collectam. ad d. c. Romana, in fine.

Ad Num. 10.

150 Interdicto Ecclesiastico affici potest communitas, ut Collegium, Civitas, propter ejus delictum, aut Superioris Ecclesiastici, vel secularis, quæ censura etiam innocentes ligantur, Decian. part. 5. tract. 9. resolut. 3. 8. Valent. tom. 4. disp. 7. q. 17. punct. 4. Tusch. l. v. oncl. 276. n. 5. & l. v. oncl. 266. n. 5. Pat. Suarez. disp. 3. 2. sect. 2. n. 11. D. Covar. in d. cap. alma mater. p. 2. §. 1. numer. 4. Bonacin. sup. vers. Dixi, Coninch. de Sacramento. tom. 2. disp. 13. dub. 6. numer. 46. Ugolin. sup. tab. 2. cap. 26. Aug. Barb. in collect. ad capit. si sententia, numer. 4. de sentent. excommunic. in 6. Mar. Alter. tom. 2. tract. de interd. disp. 1. cap. 5. vers. Respondeo per interdictum. Menoch. d. cas. 598. n. 21.

151 Impubes etiam interdicto astringuntur, modò usum rationis habeant, qui ad peccatum sufficit; Pat. Suar. disp. 36. sect. 2. numer. 7. Delbene sup. cap. 13. dub. 3. in fin. D. Covar. d. part. 2. §. 4. numer. 5. vers. Duodecimo, Azor. tom. 1. lib. 7. cap. 41. q. 10. Henriq. lib. 13. de Irregularit. c. 3. n. 4. in glos. l. 2. Salas de legib. disp. 14. sect. 13. n. 226. Sanch. sup. lib. 1. cap. 12. n. 10. Sed pœnas adversus violentes Interdictum jure impositas non incurritur, ut advertit Delbene ubi proxime. Infantes verò, amentes, allivè rationis expertes, pœnæ non subiciuntur, interditi que nullo modo censentur; quare poterunt Divinis adesse, nam talis assistentia rationalis non est, quæ sola prohibetur; Sanch. & D. Covar. ubi proxime, Delbene n. 16. Bonacin. d. tract. de censur. disp. 5. punct. 1. numer. 21. Avila eod. tract. p. 5. disp. 1. dub. 4. conel. 6. Mar. Alter. sup. c. 5. vers. ex his. Dubitatur tamen an cadavera huiusmodi personarum possint in Ecclesia noo interdicta sepeliri, cum Interdictam personale generale est, sed non locale; Negant Aug. Barbol. in collectan. ad cap. quod in se, n. 10. de penit. Alter. vers. Secundo dico, Delbene ubi proxime, Bonacin. punct. 5. n. 9. qui alios allegant. Sed contrarium tenet Suarez. d. sect. 2. n. 8. quod rectè probat, & planè deducitur ex traditis infra, n. 161.

152 Interdicta civitate, etiam cives absentes tempore Interdicti ligantur, Bonacin. d. punct. 1. n. 19. Alter. vers. Respondeo etiam. Quod fallit, quando quis habet duplex domicilium, unum in loco interdicto, & alibi alterum; nam si non habitet ubi est interdictum, eo non innodatur, Bonacin. n. 20. Sylvest. verb. Interdictum 2. nu. 13. P. Suar. disp. 3. 2. sect. 2. n. 16. Dian. p. 5. tract. 10. resolut. 70. De quo videri possunt

multi, quos laudat Bonacin. Sed populo interdicto, Clerici non comprehenduntur, si sententia 16. de sentent. excommunicat. in 6. D. Covar. sup. p. 2. §. 1. n. 7. Federic. de Senis conf. 32. Bonac. punct. 1. n. 15. Tusch. d. oncl. 276. n. 6. Alter. vers. Quinò, arbitrari, & alij communiter.

Ibi: Nam isthæc pœna spiritalis non est.

Interdictum pœnam spiritualem communiter DD. dicunt, cum privet hominem bonis spiritalibus, assistentia scilicet Divinorum, Ecclesiastica sepultura, ac quorundam Sacramentorum perceptione; & ita eam appellant Bonacin. punct. 2. n. 5. Pat. Suarez disp. 3. 8. sect. 1. n. 1. qui disp. 36. n. 10. D. Covar. expressim impugnat asserens, idè innocentes hac pœna teneri, quia bona, quæ Interdictum aufert, non sunt simpliciter necessaria, & aliis modis eorum jactura potest reparari, & alia circa hoc videnda tradit; ex d. n. 10. Adde Glos. in d. cap. si sententia, verb. interdicti. Sed D. Covar. assertio sic defendi potest, ut dicamus Interdictum non esse pœnam spiritualem, quia non aufert ea, quæ de necessitate ad salutem aternam desiderantur, ut Suarez air.

Ibi: Undè civibus interditi.

Constituens domicilium in Civitate generali personali interdicto affecta censuram hanc incurrit, Pat. Suar. disp. 38. sect. 1. n. 16. Tusch. ubi proxime n. 13. Bonacin. punct. 1. n. 19. Senis sup. n. 5. vers. Sed si non essent, Alber. vers. Respondeo durante Palud. in 4. dist. 18. q. 8. art. 1. §. Quoad secundum. Quod limita, si jam omnibus extinctis civibus interditi, alij ad eandem Civitatem habitandam accedant, ibique domicilium constituant, Alter. vers. Respondeo, cum diximus.

Similiter puer, qui erat usus rationis ex pœris tempore, quo cœpit civitas esse interdicta, quamvis tunc non innotetur censura, ut nuper aiebamus, tamen si Interdicto durante usum illum habuerit, Interdicto deinde subjacebit; Pat. Suar. disp. 36. sect. 2. n. 9. Bonac. ubi proxime. Idem de amente dicendum est, si respiscat, cum eadem militet ratio.

Ibi: Sic è contrario civis interdictus.

Civis sub generali interdicto populi comprehensus, qui nullam causam tribuit, seu culpam admittit, aliò domicilium transferens à censura liberatur, Pat. Suar. disp. 38. numer. 26. 18. D. Covar. sup. num. 6. vers. Quod si personæ, Sylvest. ubi proxime, an. 10. Bonacin. d. n. 19. Tusch. d. oncl. 276. numer. 19. Sen. sup. num. 4. §. vers. Simile est, & vers. si non essent Alter. vers. Secundo hoc.

Idem est, si communitas dissolvatur, nam inculpabile, ab Interdicto immunes remanent; Pat. Suar. ubi proxime n. 15. eadem ratione potest dici à censura eximi, qui durante Interdicto, quo ligatur, in amentiam incidit; nam hic adesse Divinis minime prohibebitur, cum ejus assistentia rationalis non sit, quæ solum est verita, ut ex Sanch. diximus sup. num. 151. sepeliri verò propter supervenientem amentiam in loco sacro non poterit, nisi mentis compos posset, quia privatio sepulture respicit cadaver, quod anima, ratione que caret sufficitque aliquando hominem hanc censuram incurrisse, ut sacræ sepulture tradi nequeat ejus cadaver, nisi absolvatur, quamvis in eo, qui à tempore impositi interdicti mentis erat impos, aliud probaverimus. d. n. 151. quod optimè convincit ratio quam affert Bonacin. punct. 5. nu. 9. à nobis laudatus ibidem.

Alter omnia præmissa se habere, familia interdicta, putat Bonacin. d. punct. 1. numer. 16. inquit enim, accedentem ad familiam interdictam, ut familiaris fiat, non interdicti; è contra qui à familia eadem discedit, non eximi censura, quamvis sit inculpabilis; quia hoc Interdictum generale non est, Alter. vers. Ut sciamus. Sed hæc ratio non omnino convincit, cum quoad personam de familia generale sit interdictum.

Ibi: Primum quod si iudex.

Interdicta civitate interdicto personali, etiam per consequentiam censetur locus eidem censuræ subiecti, ita ut in eo



nequeant, adhuc exclusis interdictis, Divina celebrari. Hoc tenet idem, ac latè probat D. Covar. d. §. 1. num. 7. vers. Secundo hic est adnotandum; Valent. tom. 5. dis. 7. punct. 2. ve f. Quarto; Navar. sup. cap. 27. num. 1. 68. Tusch. num. 12. pro quibus facit text. in cap. quod nonnullis 2. §. de privileg. cui tamen responderi potest, ibi sermonem esse de Interdicto locali, ut patet ex verbis: Commune terra, quæ ad loca referuntur, cap. cum in partibus §. ult. de verb. significat.

160 Contrarium verò adversus D. Covar. docet Alter. sup. cap. 6. vers. Verum contraria Domin. Sot. dist. 22. quæst. 3. art. 1. Pat. Suar. disp. 32. sect. ult. n. 32. ubi latè probat adducens cap. 1. de usur. in 6. quod sanè Glos. ibi, verb. ipsorum, rectè interpretatur; nam illud, Terra ipsorum, non denotat, generali interdicto personali esse locale addendum, sed quod propter contumaciam, Universitatis interdicta, censura extenditur ad omnes, qui ejus jurisdictioni subijciuntur; & ita eveniet, ut propter culpam Superioris innocentes plectantur. Possent nihilominus hæc sententia ut æquior defendi, ne pænarum extensio concedatur.

Ibi: Si eundem is qui habitat in loco interdicto.

161 Interdicto generali personali ligatus, qui culpæ reus non est, potest in loco Sacro non interdicto sepeliri; Glos. in clement. 1. verb. nominavit, de sepultur. Dian. part. 5. tract. 10. resolut. 66. Pat. Suar. disp. 35. sect. 3. num. 2. ubi probat ex extravaganti, ad evitanda, Corneij, de Interdict. disp. 3. §. 5. q. 2. Mar. Alter. disp. 6. c. 5. vers. Si autem loquamur, Bonacin. dict. punct. 5. n. 4. Ugolin. tab. 5. c. 9. §. 4. & alij. Atque ita ampliandum est; quod D. Covar. docet in præsentia; nam à fortiori qui nullo modo interdictus est, et si decedat in loco, ubi est interdictum generale locale, aut personale, poterit ad locum non interdictum deferri, ut ibi sacra sepulturæ tradatur, sic tenent Alter, ubi proximè, disp. 1. vers. Dicimus secundò, Bonacin. n. 5. Henriq. lib. 13. c. 4. n. 4. Reginald. lib. 3. 2. tract. 3. c. 2. 8. n. 37. Pat. Suar. disp. 35. sect. 1. n. 3.

Vers. His omnibus accedit.

162 Cum Scyllaceni duos Episcopos suos continuo interfecissent, Gelasius Papa in cap. ita nos, ult. 2. §. q. 2. decrevit, ut civitas illa dignitate Sedis Episcopalis privaretur; ex quo textu notant communiter DD. quamcunque civitatem, quæ proprium occiderit Pastorem, similiter esse puniendam; inod illè jam fuisset in Episcopum consecratus, de quo Ricciul. de jur. personar. ext. gem. Eccles. lib. 3. cap. 7. n. 9. Bonacin. sup. punct. 6. n. 3. Fatnac. in prax. tom. 1. q. 112. inspect. 2. num. 3. Baïard. in addit. ad Clar. §. fin. quæst. 77. num. 29. Menoch. de arbitrar. cas. 598. n. 2. idem docet, si communitas Cardinalis interficitur, Fatnac. quæst. 24. numer. 122. similiter plectitur, si impediatur Inquisitores munus suum exercere, vel Summi Pontificis electionem fieri, capit. ad abolendam, §. Civitas, de heretic. capit. ubi periculum 3. §. Civitas, de elect. in 6. Menoch. num. 23. & 24.

AD CAPUT IX.

Pænna quomodo commensuranda delicto facti, & personarum qualitate perpensa.

SUMMARIUM.

- 1 Pænna est commensuranda delicto.
- 2 De Talionis pænna, & n. 3. 4. 5.
- 6 Iudex qua pænna teneatur, qui perperam judicat in causa criminali, & n. 7. 8.
- 9 Quando obijciantur crimina in iudicio ad inscriptionem tenebantur.
- 10 Inscriptio quid sit, & qua forma fiebat.
- 11 Accusatores olim non probantes pænnam obiecti criminis sustinebant, hodie juaicis arbitrio coërcentur.
- 12 Calumniator punitur ex actis iudicij, in quo calumniatus est.
- 13 Testis qui in causa ex qua pænna corporalis est irroganda, falso contra innocentem deponit, quomodo plectatur? & n. 14. 15.
- 16 Homicidium qua pænna sit dignum, & an valeat statutum

pecuniariam tantum pro illo inferens? usque ad n. 21.

22 In coërcentis delictis potius in lenitatem, quam in rigorem propendendum.

23 Graviora delicta acrius punienda.

24 Lectura maxima patrimonij gravis pænna existimatur.

25 Occidens in rixa extempore, quomodo puniatur, & n. 2. 6.

27 Pro defensione honoris licet injuriantem occidere in continent.

28 Pænna minuitur ei, qui post multum temporis punitur, usque ad n. 34.

35 Sacri eloquij interpretatio traditur.

36 Nobilis quando iniuriis, vel acrius puniatur, quam plebejus ad n. 40.

41 Qua persona torqueri non possint? ad n. 45.

46 Qua probatio requiratur nobilitatis, ut reus non torqueatur.

47 Torqueri qui non possunt, quando metus tortura eis licite inferatur.

48 Confessio tormentis, aut metu eorum extorta à persona privilegiata, non tenet.

49 Nobilis suo privilegio renunciare non potest, ut torqueatur.

50 Privilegiari pro quibus delictis tormentis subijciantur.

51 Nobiles ignominiose plectendi non sum, Limita, n. 53. 57. 58.

52 Reus lese Majestatis torquetur nullo obstante privilegio.

54 Nobilis reus lese Majestatis in Hispania decapitatur.

55 Furcarum supplicium decapitatione lenius, sed turpius.

56 Divites Nobilitum privilegij num gaudeant?

59 Mandans, & exequens delictum, pariter puniuntur. Limitatur ibi, & etiam quoad consulentem & auxiliantem, num. 60.

61 Qui non habet in bonis, vel honore caret, luit in corpore. Limita, n. 64.

62 Habens in bonis non auditur volens potius corpore luere quam pænnam solvere.

63 Nobilibus pænna pecuniaria propter inopiam, in corporalem commutanda non est.

65 De pænna abscissionis manus, aut alterius membri, & numero 66. 67.

68 Reo in aliqua arte, vel scientia insigni, pænna mortis irroganda non est, usque ad n. 72.

73 De pænna furti latissime agitur ad n. 100.

94 Delinquentes publica auctoritate interficere licet.

101 Iudex potest, iusta existente causa, pænna legis lenire, vel aggravare; de quo ad n. 129.

116 Iudices Ecclesiastici an possint pænna pecuniarias pro delictis irrogare? ad n. 120.

121 Quibus applicanda, usque ad n. 124.

125 Episcopi urum fiscum habeant, & n. 126.

127 Episcopus, ejusve Vicarius Fiscalem creare potest.

128 Bona Clerici heretici cui applicentur, ad n. 130. Quid in Hispania, 136.

131 Bona hereticorum cui applicentur, ad n. 137.

138 Iudex Ecclesiasticus si confiscationem bonorum heretici in sententia omittat, potest Fiscus ejus bona occupare.

Inter delicta, & pænna, proportionem esse servandam, ne statèra justitiæ perperam in lenitatem, aut sævitiam inclinet, ratio naturalis suadet. Sic primus homicida, quæ fraterpemerat, se occidendum pertimuit, supplicium simile scelerei expectans, Genes. 4. vers. 14. Omnis igitur, qui viderit me, occidet me. Quod utique, tum Divino, tum humano jure cernimus comprobatum, Levitic. 24. vers. 19. Qui irrogaverit maculam oculi libet civium suorum; sicut fecit, sic fiet ei. Apocalyp. cap. 13. vers. 9. Qui in captivitate duxerit, in captivitate vadet, & cap. 18. vers. 7. Quamvis glorificavit se, & in delicijs suis, tantum date illi tormentum, & luctum. Idem in jure Pontificio, c. 2. in fine, de ijs, q. sunt à major. part. Capit. cap. ult. §. Illud autem, de pæn. in 6. Clement. 1. §. Nec super eod. titul. capit. non afferamus 21. 24. quæstion. 1. capit. quatrat hic, 44. de pænitent. dist. 3. Trident. ses. 24. capit. 8. Iure Regio. l. 5. in fine. titul. 9. lib. 3. Recopilat. ultim. tit. 6. part. 7. l. 8. titul. 3. ead. part. Iure Civili, l. respiciendum 11. ff. de pæn. l. unic. §. Qua multo, C. de rapi. virgin. Authent. omnes peregrini,

grini, in fine, C. commun. de successione, Notant. D. Thom. 2. 2. q. 9. art. 2. ad 1. Pat. Suar. de censur. disp. 36. sect. 3. num. 5. & in opuscul. disp. de inst. Dei, sect. 5. num. 17. ubi de justitia Divina, Cardin. Tusch. practicar. conclusion. lit. P. conc. 1. 11. n. 1. Thom. Delbene de immunit. Ecclesiastic. tom. 2. cap. 10. dub. 4. n. 22. Card. Lug. de just. & jur. disp. 1. sect. 3. num. 58. Menoch. de arbitrar. lib. 2. cas. 266. n. 11. Pat. Vazq. in 1. 2. 10. 2. disp. 173. c. n. 15. Mar. Alter. de censur. tom. 1. lib. 5. disp. 21. c. 1. vers. Secundò confirmatur ex illis, Guttier. practicar. lib. 4. q. 16. n. 9. Guazzin. de defension. reor. defens. 33. c. 4. n. 3. Ant. Gom. variar. lib. 3. c. 6. n. 7. Sord. decif. 7. n. 30. 31. Caball. de homicid. n. 209. Carleval. de judic. tom. 2. tit. 3. disp. 3. n. 29. ad finem, Paz in prax. tom. 1. part. 5. c. 3. §. n. 18. Cicer. lib. 1. officior. num. 2. Cavendum est etiam, inquit, ne maior pænna, quam culpa sit, Luc. Apulei. lib. 7. asin. aur. ubi. Nec secti collegij, nec manufacturini singulorum, ac nec mea quidem modestia congruit, pari vos ultra modum, delictique sære terminum, Horat. lib. 1. satyr. 3.

Ad sit

Regula peccatis, qua pænna irrogetur aquas, Nec scutica dignum horribili sceleris flagello.

Ad Num. 1.

2 Talionis meminere multi eam justam esse asserentes apud Bobad. in Polit. lib. 5. cap. 2. num. 93. lit. L.

Ibi: Sic & lege Mosaica.

3 Similiter legitur Levit. 24. vers. 20. Fracturam pro fractura, oculum pro oculo, dentem pro dente restituet, qualem inflixerit maculam, talem sustinere cogetur.

Ibi: Item, & lex duodecim tabularum.

4 Hanc duodecim tabularum legem aliter legendam esse post Cujac. & Festum, asserit Jacob. Ramard, ad leg. duodecim tabul. c. 25. de iniur. & famos. libell. eamque in hunc modum restituit: Si membrum ruperit, ne cum eo parcat, Talio esto. Circa quam est advertendum, eum, cui membrum amputebatur, cogi posse juridicè, ut cum effratore transigeret quòd si reuenerit ille, Judex reum pecuniæ damnabat, qua offensus persoluto, Talio evitabatur, ut testatur Sextus Cæcilius apud Aul. Gellium notè. Anticor. lib. 20. c. 1. Per Greg. syntagmat. lib. 3. c. 10. ubi latè de Talionis pænna.

Ibi: Nam licet eam existimet acerbam.

5 Talio acerbam quoque visa fuit Seneca de ira, lib. 2. cap. 32. Inhumanum, ait, verbum est, & quidem pro iusto receptum, ultio, & talio non multum differit nisi ordine. Ea sanè acerbitas forsitan propter duritiam cordis Hebræorum fuit opus, Marc. 10. vers. 5. quos in virga ferrea regere oportebat, Psalm. 2. vers. 9. nam & leges Divinæ eis, quibus imponuntur, adaptantur, nec semper fuit præceptum, quod per se melius erat, sed quod magis expediebat intra justitiæ ac rationis naturalis limina; ut patet in repudio, & aliis, de quibus Matthe. c. 5. vers. 20.

Ibi: Imò, & nunc hanc Talionis pænna.

6 Judex, qui omittit juxta criminis qualitatem pænnam imponere delinquenti, supplicium idem sustinet, quod in alium exequi neglexit, l. 10. tit. 6. lib. 3. Recopilat. Greg. Lop. in 1. 25. glos. 3. tit. 22. part. 3. Clar. in prax. crimin. lib. 5. §. fin. q. 85. n. 10. vers. Cavent. Maranta de ordin. iudicior. part. 6. num. 19. Didac. Perez in l. 1. vers. Virum autem, tit. 2. lib. 8. Ordinam. Joan. de Platea in l. quoties, C. de exactorib. tributor. lib. 10. Decian. tract. crimin. lib. 5. cap. 51. num. 26. Avil. in cap. 2. Preter. verb. in justitia, num. 7. 8. Tiraquell. de pæn. temper. in præfat. n. 9. Bobad. d. lib. 5. c. 3. n. 30. Guttier. de delict. q. 64. n. 28. Abbas in c. 2. n. 5. C. de malefici. Menoch. de arbitrar. lib. 1. quæst. 96. numer. 11. Tusch. lit. P. conc. 255. num. 35.

7 Similiter Talioni subijcitur Judex, qui pænnam graviolem, quam delictum postulat, impulerit, aut inson-

tem damnaverit, l. 25. tit. 22. p. 3. l. 11. tit. 8. part. 7. l. 1. §. Præterea, l. lege 4. ff. ad leg. Cornel. de sicar. Bi. l. d. in l. 1. col. 5. C. ex delict. defunctor. Bobad. ubi proximè, Gregor. Lop. sup. Avendan. de ex quend. mand. cap. 2. num. 2. vers. Siquidem, Matienç. in dialog. relator. part. 3. c. 33. num. 6. Paz d. tom. 1. part. 1. tempor. 1. n. 62. Ant. Gom. sup. cap. 13. n. 6.

Sed in praxi iniqye judicans Judicis arbitrio coërceatur, ut resolvunt Menoch. d. lib. 2. cas. 341. 342. Bobadill. to. 1. lib. 2. cap. 11. num. 27.

Ibi. Olim sanè accusatores regulariter,

9 Olim accusatores per inscriptionem ad probanda delicta astringebantur, Pet. Greg. lib. 3. 2. cap. 7. num. 6. Non sic inscribantur denunciatioes, vel per exceptionem crimen in iudicio objicentes, ut observat Barbos. in collect. ad cap. super his 16. n. 1. de accusat. ubi probatur Paz d. part. 3. c. 2. §. unic. n. 3. Quamvis per calumniam denunciatioem plectendum esse, verum sit; Aldrete de religio. disciplin. lib. 3. c. 23. n. 8. Bernd. Diaz in prax. crimin. c. 6. Paz ubi proximè. Nec non qui calumnie crimen obijcit excipiendo, ut probavimus lib. 1. c. 11. num. 56. in fine. Unde denunciatores in Gallia debent se subscribere libro denunciatioem, Pet. Gregor. n. 7.

10 Quid sit inscriptio, & qua forma fiebat? disces à Con. fultis in l. libellorum 4. l. i. c. 71. c. 71. Glos. ibi, verb. Perseveratus ff. de accusat. & à Cujac. in paratit. ad eundem titul. Pet. Gregor. sup. d. c. a. n. 2.

11 Quoniam de iure accusatores si in accusatione desecerent, criminis obiecti pænnam patiebantur, lese ad eam subbundam per inscriptionem astringebantur; sed hæc jam ab aula recesserunt, & calumniator Judicis arbitrio coërceatur, ut adv. crunt Greg. Lop. in l. 4. glos. penult. tit. 1. part. 7. Menoch. sup. cas. 322. n. 3. Pichard. in princip. n. 35. Inst. de public. induc. Pacian. de probat. lib. 2. c. 21. Gail. de pac. public. lib. 1. c. 9. num. 3. Bobadill. d. lib. 5. c. 2. num. 93. 94. Paz d. part. 5. cap. 3. §. 6. a. num. 51. Farinac. in prax. crim. qu. 16. a. princip. Ant. Gom. lib. 3. variar. cap. 11. nu. 3. vers. Item. ad de, & in l. 83. Taur. num. 7. Parlador. different. 139. n. 2. Clar. sup. quæst. 81. num. 1. Tusch. lit. P. conc. 23. 1. n. 3. Pet. G. egor. d. c. 10. n. 3. Guazzin. sup. defens. 3. c. 13. a. princip. Caball. quæst. crim. cas. 167. n. 1. 2. Scacci. in tract. crimin. c. 51. a. num. 7.

12 Est adnotandum ad punctionem calumniatoris non desiderari novam causæ cognitionem, sed ex eisdem actis accusationis, quam per calumniam instituit, plecti posse, Clar. q. 69. nu. 9. Parlador. sup. num. 3. & probatur ext. l. 1. C. de calumniatorib.

Ibi: Qua iustissima, & hodie servabitur.

13 Testis, qui in causa, ex qua corporalis pænna venit infirigenda, adversus innocentem falso deposuerit, Talionum debet sustinere. Sic legitur Deuteronom. 19. a. vers. 18. Cumque diligentissime perscrutantes invenerint falsum testem dixisse contra fratrem suum mendacium: reddent ei sicut fratri suo facere cogitavit: & paulò inferius, vers. 21. Non misereberis eius, si d. animam pro anima; oculum pro oculo; dentem pro dente; manum pro manu; pedem pro pede exiges, Daniel. 13. vers. 61. cap. satis. 33. quæst. 5. l. 4. tit. 17. lib. 8. Rocopilat. l. 5. tit. 13. part. 2. l. 26. tit. 11. p. 3. d. l. 1. tit. 8. part. 7. notant Ioseph. lib. 4. antiquitat. cap. 6. Ant. Gom. d. vers. Item ad de, Menoch. cas. 306. a. princip. Bobad. sup. lib. 3. cap. 2. num. 78. Gregor. Lop. in d. l. 26. glos. 3. Ducñas, reg. 27. ad fin. D. Covar. in cap. quatuor, part. 1. §. 7. num. 9. in fine, ubi latè, & eruditè de pænna falsi testis, à n. 6. de pact. lib. 6. Clar. sup. d. lib. 5. §. Falsum, n. 5. & ibi addit. lit. G. Moncada ad Cronim. de testib. part. 9. n. 38. Bol. sub tit. de opposit. con. testis n. 104. Simanc. de Catholis. instit. tit. 6. rubric. de testibus, n. 160. vers. Qua pænna locum habet; Azeved. in d. l. 4. n. 49. cum segg. Gom. Arias in l. 83. Taur. n. 8. Peguera der. 19. n. 5. Pet. Greg. syntagmat. lib. 36. q. 5. n. 1. 2. Baïard. ad Clar. §. fin. 8. n. 1. Guazzin. defens. 28. c. 18. a. princip. ubi latè, Pet. Caball. sup. cas. 165. a. nu. 12. Idemque de inducente falsos testes in hujusmodi causis docet Guazzin. cum aliis, n. 7. 8. Sed, secluso statuto, secundum jus commune dubitatur. 14